I. N. I.!

ANNO 1706.

Moribus antiquis, ipso Die Ægidii, Communib⁹ Senatus Suffragiis, Creatus est Consul,

Dn. JOHANN FRIEDRICH SCHÖN.

BIBLIOTHECA MILICHIANA GORLICENSIS

BIBL. UNIV. WRATISL.

Imminente jam tum Saxoniæ oris Exercitu Svecico;

Elapsô enim die 1. Vta Sept: primi ab Exercitu Regis Sveciæ milites, Wallachii nominati, penes Lauban, in fines Lusatiæ Superioris ingressi, die VItâ verò Rex ipse, cum Præfectis suis, in et ad oppidum Schönberg, milliare et dimidium â civitate Gorl: distans, cum Exercitu secutus est, et die VIIItâ progressus Regis cum Copiis suis Misniam versus conspectui dabatur, (quâ scil: die et sequentib⁹, multi ab illis propè et per Civitatem, tranquillè tamen, et sine tympanis castra moverunt) et sic deinceps per totum annum et ultrà, ob Svecicas Exactiones, Senatus, mirum in modum, die noctequè affligebatur, ut hujus anni memoriam, et Ipse, et tota Civitas, afflicto semper corde recolat.